

to part. 8. tract. 3. resol. 2. & Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 4. a num. 26. & seqq. Idcirco

Quo ad Ultimum, requirens An Papa possit dispensare in Impedimento Affinitatis? constanter respondent DD. posse Papam in omnibus Affinitatis gradibus dispensare, etiam in primis sive recta, sive transversalis Linea, iusta tamen, ac rationabili, eaque gravi causa interveniente, & eodem DD. cumulat, & refert Diana Coordinatus dist. tom. 3. tract. 1. resol. 80. resol. 81. resol. 82. resol. 83. & resol. 84. inter quos Caramuel in Theolog. Moral. lib. 2. num. 591. ubi probat sic: Sepse Ecclesia dispensavit in primo gradu Affinitatis. Ergo potuit. Patet consequentia, quia alias diceretur excedere limites proprie auctoritatis, quod esset manifesta injuria. Dispensationes autem in primo gradu Linea transverse, quae a Theologis infra citandis referuntur, sunt sequentes. I. Illa generalis ab Innocentio Papa III. (qui Cathedram Apostolicam ascendit Anno 1198.) concessa toti populo Livoniae, ut uxores, quas habebant, retinerent, etsi ante Baptismum ipsaemet nupissent maritorum fratris, ut habetur in cap. fin. de Divortijs. Cum enim tempore Urbani III. Anno 1186. praedictus populus, abjecto Paganismo, converti cepisset ad fidem, opera, & praedicatione Sancti Meinardi Canonici Sigeburgensis, nec non Bertoldi Abbatis Lubecensis, ut refert Arnoldus lib. 7. cap. 8. & 9. & Eminentiss. Cardin. Baronius in Annal. Anno 1180. consultus fuit Innocentius III. quid agendum de Uxoribus eorumdem Livonienisium, quae illis in primo gradu Affinitatis linea transverse erant conjunctae? Et respondit Pontifex esse in Matrimonio tolerandas, ut in d. cap. fin. de Divort. Livonia est Regio inter Prussiam, & Ruffiam, cujus Metropolis est Urbs Riga. Olim Livonienses suberat Regi Poloniae, nunc autem pro majori parte Regi Sveciae, teste Ferrario in Lexic. Geograph. Verb. Livonia. II. Dispensatio concessa a Martino V. electo Papa Anno 1417. in eodem primo Affinitatis gradu, ut cognatus duceret in Uxorem cognatam, quae praefuncto eius fratri nuperat, & cum eo Matrimonium consummaverat, ut refert Sylvester in Summa Verb. Papa quae. 17. III. Dispensatio elargita per Alexandrum VI. electum Pontificem Anno 1492. Emmanueli Regi Lusitaniae, ut assumeret postea in Uxorem sibi Principissam Mariam forem D. Isabellae Reginae Hispaniarum, & prius Uxoratam cum ejusdem Regis Emmanuelis germano fratre, ut notat Diana Coordinatus d. tom. 3. tract. 1. resol. 82. §. 8. & Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 7. num. 57. IV. Dispensatio famosa Julii Papae II. de Anno 1509. data Henrico VIII. Angliae Regi, ut iniret Matrimonium cum Regina Catharina, quae prius nupta fuerat Arduo ejusdem Henrici fratri; de qua omnes Theologi, ac Canonistae, & ipse Diana dist. §. 8. V. Dispensationes duae tempore Pauli V. ac Urbani VIII. emanatae; Una ut nobilis Germanus contraheret Matrimonium cum sorore uterina primae ejus Uxoris defunctae, dist. §. Augusti 1607. Altera, ut nobilis Cameracensis cum consimili sorore praefunctae Uxoris conjugium iniret, dist. Junii 1628. & de utraque testatur Pignatellus tom. 8. consult. 106. VI. Item alia dispensatio concessa ab Urbano VIII. de qua Salmanticenses d. cap. 12. de Matrim. numer. 97. ut Comes Franciscus de Menchaca in Hispania duceret in Uxorem D. Leonoram Rodriguez, cum cujus sorore prius in Matrimonio fuerat, & ex ea filios susceperat. VII. Dispensatio Regi Poloniae Joanni Casimiro data ab Innocentio X. Anno 1649. de qua scribit Illustrissimus Episcopus Batpagninus in dd. Annal. Sacerd. & Imper. Anno 1649. num. 22. his verbis: In Polonia il nuovo Re Giovanni Casimiro destinato dalle vicende del Mondo, o dalla volubilita della sua natura, volle far prova di

tutti gli stati, deliberando di sposare la Principessa Maria Ludovica Gonzaga moglie del defonto Re suo fratello: e quindi con la debita dispensazione del Papa sopra l'impedimento dell' Affinita, non dilugarono le nozze celebratesi con la solita pompa. VIII. Accedit alia dispensatio super eodem primo gradu Affinitatis linea transversalis, ab eodem Innocentio Papa X. elargita Anno 1651. de qua testem ocularem se fuisse scribit Gonetus in citat. tom. 5. disput. 9. de Impedim. Matrim. num. 80. Ita dicens: Et rursus idem Pontifex cum Senatore Burdigalensi Anno 1651. dispensavit, ut duas alterius Senatoris Burdigalensis sorores successivae uxores haberet; fuitque ad me transmissum Breve dispensationis per R. P. Joannem Arcard. Ordinis nostri (F.F. Praedicatorum) tunc Rome apud S. Mariam Majorem Penitentiarium, nunc vero Inquisitionem Avenionensem. Burdigala, vulgo Guierne, est Urbs Archiepiscopalis Aquitaniae, valde antiqua, potens, & perampala ad Garunnam fluvium, in qua habetur Parlamentum, ut notat Lexicon Geographicum Ferrarii in Verb. Burdigala; & fuit Patria Aulonii Poetae, de qua ille cecinit: Disigo Burdigalam, Romam colo, Cuius in hac sum.

Consul in ambabus: Cuna hic, ibi sella curulis.

Ex his igitur huculque dictis, & deductis satis comprobatum remanet, Summum Pontificem posse dispensare in quocumque gradu Affinitatis, etiam in primo utriusque linea rectae, ac transverse, sive Affinitas orta sit ex copula fornicaria, & illicita, sive ex licita, ac conjugali, ut ostendunt Corradus in Praxi dispens. Apostol. lib. 7. cap. 1. & Vinc. de Justis in eod. tract. d. lib. 2. cap. 7. a num. 93. ubi DD. congerit; prout etiam late probat Diana Coordinatus d. tom. 3. tract. 1. resol. 80. cum tribus seqq. advertens, catenus non reperiri exempla dispensationum Affinitatis in primo gradu linea rectae, ut & nos diximus supra num. 45. quatenus non est ita facile, ut intercedat causa iusta, urgens, & necessaria ad dispensandum in eodem primo gradu rectae linea; adeo ut non ex defectu potestatis in Papa, sed ex deficientia causae iustae deficient exempla, ut in puncto dicit idem Diana Coordinatus ubi supra. resol. 81. §. 10. Salmanticenses d. cap. 12. n. 100. Lezana in Summa tom. 3. Verb. Affinitas. num. 3. ubi docet, spectare ad solum Summum Pontificem dispensare super Affinitate, quando agitur de contrahendo Matrimonio inter Affines: quod si Affinitas superveniat post Matrimonium contractum, posse etiam Episcopum dispensare cum conjugie incestuoso ad petendum debitum, ut docuimus supra num. 13. Utrum autem Regulares confessorii habeant facultatem dispensandi cum incestuosis, ut valeant petere debitum? Quamvis affirmat Sanchez lib. 8. disputat. 16. num. 8. Portellus Verb. Confessor Regularis erga seculares num. 23. & alii; ipse Lezana dubitat, quia olim talis facultas competeat Regularibus per vivae Vocis oracula; quod post Annum 1631. revocata fuerunt ab Urbano VIII. quapropter ipsi consulant conscientiae suae, & ulterius advertant, esse necessarium, ut iidem sint specialiter deputati a suis Superioribus ad dispensandum cum incestuosis, quia non sufficit sola deputatio ad Confessiones audientias; & quod iusta causa debet intervenire, ut dispensatio concedatur, ut ait Lezana ibid. num. 5. 6. & 7. ab iisdem Confessorijs Regularibus videndus.

DECISIO XXXII.

ARGUMENTUM.

Impedimentum Impotentiae dirimens Matrimonium in praesenti Decisione explicatur. Quid, & quotuplex sit haec Impotentia? ostenditur. Quando, & quomodo per eam dirimantur conjugia? Docetur, decem esse personas ad Matrimonium valide contrahendum impotentes, nempe: 1. Nimis frigidas. 2. Nimis calidas. 3. Defectum in veretro patientes. 4. Excessum in eodem portantes. 5. Arctas mulieres. 6. Maleficiatos. 7. Impuberes. 8. Senes. 9. Eunuchos. 10. Hermaphroditos. Praedictorum omnium Matrimonia quando invalida sint censenda, & quomodo sint irrita declaranda? Theologorum, Canonistarum, ac Medicorum eximii doctrinis demonstratur, atque Rotalibus Decisionibus, & lepidis Hillioris, ac Exemplis definitur.

SUMMARIUM.

- 1 Impotentia dirimens Matrimonium quae, & qualis sit?
- 2 Sterilitas in generando, Matrimonium non dirimit.
- 3 Impotentia quo Jure dirimat Matrimonium?
- 4 Impotentia multiplex dirimit.
- 5 Impotentia perpetua dirimit Matrimonium. Temporalis non.
- 6 Si tamen praecesserit illud. Secti si subsequatur.
- 7 DD. in explicando Impotentiae impedimento observari.
- 8 Impotentes ad copulam personae decem. Et quae?
- 9 Frigiditas, impediens copulam, quae, & quotuplex sit?
- 10 Frigiditatis naturalis signa quinque.
- 11 Haec dirimit Matrimonium.
- 12 Frigiditas accidentalis quae? Et unde oritur?
- 13 Cohabitatio triennalis necessaria circa ipsam.
- 14 Triennium in casu impotentiae incipit a die Decreti Judicii.
- 15 Impotentia durante post triennium, si declaratio nullitatis Matrimonii, sed cum Juramento.
- 16 Frigiditas mulieris nulla Matrimonium dirimit.
- 17 Impotentia Viri ex nimia caliditate quae sit?
- 18 Caliditas nimia, quae non sanat per triennium, dirimit Matrimonium.
- 19 Mentula brevis, ac exilitas causant impotentiam in Viris.
- 20 Mentula brevitatis exempla.
- 21 Umbilicus infantis quomodo ab obstetrice rescindendus.
- 22 Virga virilis defectus plures.
- 23 Penis excessus duplex, nimia longitudo, & crassities.
- 24 Pinguedo nimia Ventris facit conjugem ad copulam impotentem.
- 25 Respectiva impotentia quae sit? Et an Matrimonium dirimat?
- 26 Arbitrio in muliere quando dirimat Matrimonium?
- 27 Mulier arda an teneatur pati incisionem?
- 28 Maleficiati impotentes ad Matrimonium qui sint?
- 29 Maleficiatio ligaminis a Demone sit modis septem.
- 30 Innocentii III. Epistola ad Reginam Uxorem Philippi Regis Francie maleficiati.
- 31 Maleficia ligaminis vel universalis, vel respectiva.
- 32 Respectiva, vel perpetua, vel ad tempus.
- 33 Quibus mediis auferenda?

- 34 Triennium semper assignandum pro tollenda impotentia ex maleficio.
- 35 Maleficiatus post solutum Matrimonium, si fiat potens ad copulam, an teneatur redire ad illud?
- 36 Impuberes ab antiquis ad Matrimonium non admittuntur.
- 37 Annus 14. in masculo, Annus 12. in femina debet esse completus ad Matrimonium per verba de praesenti contrahendum.
- 38 Impuberes an peccent nubendo ante praescriptam aetatem?
- 39 Aetas in impuberibus an debeat esse Mathematicè completa?
- 40 Malitia si suppleat aetatem, aetas completa non expectatur.
- 41 Impuberum exempla, qui feminas gravidarum.
- 42 Parochus impuberum Matrimonia admittere non debet.
- 43 Puberes post Annum 14. contrahentes, si impotentes sint, quid agendum?
- 44 Impotentia, si dubium sit, an praecesserit Matrimonium, quid agendum?
- 45 Senes usque ad quam aetatem possint conjugium contrahere?
- 46 Senum, qui in senectute genuerunt filios, exempla.
- 47 Moribundus an valide nubat?
- 48 Eunuchorum Matrimonia nulla ex Bulla Sixti V.
- 49 Eunuchorum species tres.
- 50 Putifar Eunuchus, qui emerat Joseph, quomodo habebat Uxorem?
- 51 Hermaphroditus, quomodo, & quando possint nubere?

DUODECIMUM Impedimentum dirimens Matrimonia est Impotentia ad illa perfecte consummandam, per coitionem, simul cum seminis in debito Vase naturali effusione: utrumque enim requiritur, quia si unum horum absit, irritum est Matrimonium. cap. Laudabilem, & ibi Abb. num. 1. De Frigid. & Malef. Zacharias in Q. Medicolegal. lib. 3. tit. 1. q. 1. n. 2. Et hoc sive talis Impotentia proveniat a parte Viri, sive a parte Mulieris; dummodo fuerit eo tempore, quo Matrimonium contractum est; secus autem si subsequatur. Tale autem impedimentum dirimens vocatur Impotentia ad perfectè consummandum Matrimonium; non autem Impotentia ad generandum; quia licet finis principalis Matrimonii sit profectio; ex hujus finis defectu tantummodo non irritatur conjugium, quando conjuges apti sunt ad copulam carnalem perfectam exercendam; cum secundarius Matrimonii alius finis sit exercitium copulae in remedium concupiscentiae, ut ex doctrina Scoti bene differit Mathrus in 4. disp. 7. n. 411. inferens, quod licet conjuges sint steriles, nihilominus eorum Matrimonium est validum, quando potentes sunt simul coire, & seminare, quia non sterilitas in generando, sed impotentia in coeundo, ac seminando impedit, ac dirimit Matrimonium, tum Jure naturali; quia in Matrimonio traduntur corpora conjugum ad invicem ad hunc finem coeundi, ac seminandi; & licet copula actualis non sit de essentia Matrimonii, est tamen de essentia, ut tradatur corpus potens ad dictam copulam; & qui caret hac potentia, nulliter contrahit, quia tradit corpus penitus ineptum; & quavis usus sit diversus à dominio, non potest transferri dominium cum impossibilitate usus; & sic de Jure naturali irritum est Matrimonium, ubi non est potentia coeundi, ac seminandi; tum etiam Jure Ecclesiastico ex pluribus text. in dist. 33. q. 1. Et in cap. 2. cap. Fraternalitatem. cap. Quod Sedem. cap. Consultationi, cum alii seqq. De Frigiditate, & Maleficio. ut concordari calamo scri-

scribunt Theologi, ac Canonistae de hoc impedi-

mentis impotentiae tractantes. Sanchez de Matrimo-...

Ceterum, quia Theologi, ac Canonistae in ex-

omni possibili brevitate, quae dici possunt, dica-

Quo ad Primos, illos scilicet, qui nimis sunt Fri-

Igitur ubi casus occurrat de Impotentia coeundi,

tionem quoad seipsum, & testum eorumdem conjugum,

Hucque dicta de Impotentia ob frigiditatem tum

Quo ad Secundos Impotentem, illos scilicet, qui

semen intra Vas naturale immittit; & semper talis

Quo ad Tercios Impotentem; hi sunt, qui defec-

centiam dispensari, ut Parochus eorum Matrimonio possit assistere, prout fecit.

Secunda difficultas est, An nascatur hoc Impedimentum Raptus dirimens, si quis rapiat mulierem non ad effectum contrahendi Matrimonium cum illa, sed ad exhibendam libertatem; qua postea expletur, si possit ab ea separari in Uxorem ducere, an valde possit ab ea separatione, & repositione ejusdem mulieris in loco tuto? In hac difficultate plures DD. quos nominat Matrius d. disp. 7. numer. 405, & Salmanticenses d. capit. 12. numer. 153. opinantur, infringere Impedimentum, & opus esse separatione ad formam Concilii Tridentini, quod loquitur generaliter, & indistincte de muliere Rapta; ergo est de omnibus mulieribus ex quacumque causa Raptis intelligendum. Contrarium tamen tenent ipsi Salmanticenses, ac Matrius, & cum eis Sanchez d. lib. 7. disp. 13. numer. 4. Gutierrez capit. 86. numer. 8. Averfa quest. 12. sect. 2. & alii plures, quos citat, & sequitur Diana part. 3. tract. 6. resol. 260. quae in Coordinato habetur tom. 2. tract. 6. resol. 152. ea ratione, quia Concilium non intellexit ita decernere, nisi in Raptu occasione futuri Matrimonii, ut ejus consuleret libertati; quare si Raptor antedictus, qui expleta libidine, veniret in opinionem contrahendi Matrimonium cum eadem muliere apud se retenta, & de facto contraheret, validum esset Matrimonium, ut respondit Sacram Congregationem die 23. Januarii 1586. testatur Pyrrhus Corradus in Praxi Dispensat. Apollinar. lib. 7. capit. 6. numer. 48. & Vincent. de Justis d. lib. 2. cap. 18. numer. 47. ubi plures alios DD. ita docentes citat.

Tertia est difficultas, An hoc Raptus Impedimentum dirimens infurgat, si contractis Sponsalibus de consensu parentum per verba de futuro, Sponsus rapiat Sponsam de eorum manibus ad solum effectum adiungendi Sponsalia, & contrahendi conjugium per verba de praesenti? Et quamvis non infringere Impedimentum Raptus in hoc casu teneant Henriquez lib. 12. cap. 14. numer. 4. & 5. & Lessius de Just. & Jur. lib. 4. capit. 3. numer. 70. quia in caput. Lex illa. 46. numer. 1. in cap. penult. de Raptorib. expresse dicitur, Raptum esse, si femina abducta non fit Raptoris Sponsa; nihilominus communis est DD. sententia, quod Impedimentum Raptus infurgat; quia Sponsa de futuro potest ex pluribus motivis dissentire Matrimonio de praesenti, nec debet violari ejus libertas per Raptum, ut bene dissentit Salmanticenses, alios DD. allegantes d. caput. 12. numer. 153. quibus adheret Emin. Cardin. de Lauræa de Impedim. Matrim. disput. 34. numer. 32.

Quarta difficultas est, quid dicendum, si Matrimonium esset Ratum, sed nondum consummatum, & intra duos menses Sponsus raperet Sponsam invitam? Infringere Impedimentum Raptus docent Azorius, Molina, & alii, quos citat, & sequitur Bonacina qu. 4. punct. 18. numer. 13. & Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 18. numer. 62. ea ratione, quia cum Uxor habeat tempus duorum mensium ad delibendum circa ingressum Religionis, maritus laedit eius libertatem, illum rapiens intra bimestre. At contrarium esse dicendum vult Matrius d. disput. 7. numer. 406. & iure quidem, nam Raptus dirimit Matrimonium de futuro, non autem jam contractum; & quamvis maritus mortaliter peccet rapiendo Uxorem intra bimestre, & ei injuriam faciat, tamen non infurgit ex hoc Raptu Impedimentum dirimens.

Quinta difficultas est, Utrum hoc Raptus dirimens Impedimentum oriatur, si mulier non adducatur de domo sua, sed ita in ea obideatur, ut inde exire non valeat? Negativè respondit Sanchez d. lib. 7. disp. 13. numer. 7. quia, inquit, ad committendum Raptum necessaria est abductio; sed ejus opinio refellitur à Matrio d. disp. 7. numer. 407. & ab

Emin. Cardin. de Lauræa d. disp. 34. numer. 12. quia mulier, quae obideatur domi, amittit suam libertatem, patitur violentiam, & censetur esse in manu ejus, cujus satellites, aut securi domum obideunt; idcirco donec ab illa obfessione non liberetur, non potest valide Matrimonium contrahere cum illo, à quo obfideatur.

Sexta difficultas est, an faciant Raptum preces reiteratae, ac importunae, quibus suadetur puella ad fugam à propria domo? Respondent DD., quos citant, ac approbant Salmanticenses d. cap. 12. numer. 146. Negativè, nisi preces praedictae proveniant à persona magis auctoritatis, quae per eas incuteret vim, & metum, ut supra explicimus Decif. XXVII. numer. 27. tunc enim causarent Raptum, & infurgeret ex eo Impedimentum, Sanchez d. lib. 7. disp. 13. numer. 11. Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 18. numer. 70. & Sperellus decif. 150. numer. 37.

Septima difficultas est, an fit Raptus, si dolo, aut fraude puella invita abducatur ab amasio de propria domo? Et quamvis negent Sanchez ead. disput. 13. numer. 11. & 12. Gutierrez cap. 86. numer. 14. & 15. & alii, quos colligunt, & sequitur Salmanticenses d. cap. 12. numer. 146. Ego adhaereo opinioni contrariae, quam tuetur Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 18. numer. 69. ita scribens: Dicitur tamen Raptus, si quis Puellam, quae ad se accedere volebat, vocare fecisset per vicinam in domo ipsius vicine, in qua ipse Vir antea ad hunc effectum absconditus eam stupraret, quae aliàs ad dictam domum nullo modo accessisset, si servisset ibi Stupratorem manere. Et hoc idem probat Genuensis in Praxi Curiae Archiep. Neapol. capit. 20. numer. 11. & Stephanus à S. Gregorio, cap. 108. numer. 9.

Octava, & quidem famosa difficultas est, an Raptum faciat, & ex eo Impedimentum dirimens infurgat, si Femina praepotens, amore capta, rapiat adolescentem alieque, & ei sic Rapto nubat? Eritne validum hoc conjugium? Casus iste, & non multis jam ab hinc annis, evenit, dum, ut mihi narratum fuit, Comitissa quaedam rapuit Nobilem Venetum adolescentulum de Collegio, in quo studiis humanarum Litterarum vacabat; & ad suam domum adductum, statim cum illo Matrimonium inivit? Validum esse hoc Matrimonium asserunt Salmanticenses d. cap. 12. numer. 155. & ibi Sanchez d. lib. 7. disp. 13. numer. 16. & alii Carmelitae Theologi ead. numer. 155. citati, ea ratione quia Concilium Tridentinum loquitur tantum de Viris Raptoribus feminarum, quarum fragilitati voluit consulere; unde cum sit correctorium Juris communis, est strictè interpretandum, neque extendendum ad feminas Raptrices virorum. Contrarium tamen defendunt plerique DD. quos nominat, & sequitur Matrius d. disput. 7. numer. 408. & Eminentiis. Cardin. de Lauræa d. disp. 34. numer. 34. quorum fundamentum est, quia quoad hoc non est major ratio de Rapto Viri, quam Mulieris; eadem enim ratio pro utriusque militat, nempe ob libertatem Matrimonii, quae prorsus eodem modo requiritur in Viris, & in Femina. Ergo si alteruter abducatur absque consensu, aequè rapitur, & ex hoc Raptu infurgit Impedimentum dirimens à Concilio Tridentino statutum, cujus mens, & intentio est attendenda, non sonus verborum masculini generis, ut late prosequitur idem Matrius d. numer. 408. & notissimè sustinet Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 18. a numer. 75. & seqq. ubi contrariae opinionis rationes evacuat; ac hanc esse veriorem opinionem affirmat, quam tuetur etiam Averfa de Matrim. q. 12. sect. 3. Verf. At affirmandum. Parisius de Regnat. benehe. lib. 12. q. 4. numer. 32. & Fontanella de Parisiis Nuptialib. clausul. 5. Gloss. 1. part. 2. numer. 54.

Nona difficultas est; cum poenae à Concilio Tridentino contra Raptores infligat, etiam coadjuvantem.

24 juvantes, & favorem impertientes afluant, dubitatur, Utrum easdem poenas incurrat Parochus, qui assistit Matrimonio, quod inter se contrahunt Raptor, & Rapta, omittis ejusdem Concilii requisiti? Negativè respondit Sanchez d. lib. 7. disp. 13. numer. 1. Averfa d. q. 12. sect. 3. Verf. & quoad complures, nec non Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 18. numer. 43. unico excepto casu, videlicet si Parochus ante Raptum promissit assistere statim dicto Matrimonio, unde Raptor animofortis factus fuisset ad animarum mulierem rapiendam. Ideo cauti debent esse Curiam Episcopalem, ab ea mandatum expectantur praesentando assistentia praedicta; etiam si amafius assereret, se puellam non rapuisse, sed eam spontè à paternis laribus declinasse; semper enim opus est judicio Ordinarii, à quo separatio puellae est praecipienda, ut in loco tuto reposita certificari possit de ejus libero consensu pro conjugio cum Raptoe in eundem, ut advertit idem Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 18. numer. 83. ubi DD. cumulat.

Tandem corollarii loco circa hoc Raptus Impedimentum dirimens duo veniunt notanda. Unum est, quod si Rapta sit mulier, & opus sit dispensatione Apostolica super aliquo Impedimento consanguinitatis, afinnitatis, vel alterius generis existente inter Raptoem, & ipsam mulierem Raptam, opus est, ultra Impedimentum, super quo petitur dispensatio, exponere etiam Raptum secutum inter Oratorem, ac Oratricem; aliàs si taceatur, etsi facta foret separatio, & posita mulier in loco tuto, dispensatio esset nulla, & invalida, ut doctè advertit ipse Vinc. de Justis d. lib. 2. cap. 18. a numer. 30. & seqq. subdicens: Esse hujusmodi crimen Raptus aded detestabile, ut ab illo maxime plurimum Papa abhorreat, & propterea in omnibus mandatis dispensationum Matrimonialium, quas committit exequens, apponit clausulam, Dummodo dicta Mulier propter hoc Rapta non fuerit. Et hoc juxta Regulam 49. Cancellariae Apostolicae, ubi dicitur: Velut, quod in Litteris Dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, afinnitatis, aut aliis prohibito, ponatur clausula, si mulier Rapta non fuerit. Et in hoc casu petitæ dispensationis Apostolicae, Ordinarius non potest amplius absolvere Raptoem ab excommunicatione; quia cum Papa committit dispensationem exequentem à suo Delegato, assumit in se totum negotium, quod totum censetur remissum eidem Delegato, juxta regulam per appositionem manus Papae in aliquo negotio, in eo inferiorum manus ligantur. cap. Ut vestrum. 56. De Appellat. quod scribunt etiam Barbosa in Veris Canonici lib. 2. Voto 33. numer. 57. Gratianus Discept. Forens. cap. 174. numer. 3. & 6. Gonzal. ad Reg. 8. Gloss. 52. numer. 17. & Riccius in Praxi Fori Eccles. Refol. 273. numer. 1.

Alterum notandum est, Raptum mulierum pro Matrimonio cum eis in eundem, esse semper causam malorum, & infelicitatum, ut experientia quotidiana demonstrat; & testatur Historiae antiquiorae, ac recentioris temporis. Raptus Dinæ filiae Jacob patris à Principe Sichem, non obstante Matrimonio cum ea inito, & circumfessione assumpta per Sichimitas, causavit homicidia multorum, ut legitur in Genesi cap. 34. Duo filii Jacob, Simeon, & Levi Frater Dinæ, gladiis ingressi sunt urbem confederatam, interfecitque omnes mascululos, Hamor, & Sichem pariter necaverunt; tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Propter Raptum Helene Tyndaris filiae factum à Paride, Priami Regis Trojae filio, tanta ira exarserunt Graeci, ut post longum bellum ad nihilum reducerint Trojam, ac Trojanos; unde cecinit Propertius 2. 3. Olim mirabar, quod tanti ad Pergamæ belli Europe, atque Aëæ causa puella fuit non insignis de Sacram. Matrim.

Referunt Strabo, ac Pausanias bellum maximum inter Lacedaemones, & Messenios fuisse, eo quod Messenii Spartanæ Virgines ad eadem Dianæ violaverant. Ob Raptas Sabinas mulieres à Romanis tempore Romuli, ut narrat Titus Livius lib. 1. Decad. 1. in princ. quot urbium excidia, quot populorum interitus, quot hominum sanguinis effusiones? Neminem later, qui legitit Patavinis Historias, quanta fuerint clades, armorum conflicti, Villarum direptiones, & homicidia in hoc Territorio Urbis Antenoræ inter Familias Ezzelinorum, ac illorum de Campolampertis, Anno 1212. ob raptam ab Ezzelino Cacciliam nobilissimam, ac ditissimam Puellam, filiam quondam Nobilis Manfredi de Baone, destinata Gerardo Campolampertio in Uxorem; quam vi, & praepotentia sua Ezzelinus fecit, ut nuberet Ezzelino nuncupato Monacho filio suo. Gerardus non multo post, ad tantam injuriam vindicandam, eamdem Cacciliam à Bassano Patavium venientem adortus, violenter oppressit, ac integra nocte carnaliter cognovit, quare Ezzelinus repudiata (etsi innocente) Uxore, cum Campolampertis bellum inivit, ut tantum facinus ulcisceretur. Rem narrat perfrictis verbis Jacobus Cavacius in Histor. 5. Justine de Padova lib. 2. pag. 82. & 83. his verbis: Ezzelini primi filius, item Ezzelinus Balbus, & Nepos, ab irita Religione Ezzelini Monachus appellatus, familiaris multis opibus, & afinnitatibus provexerunt. Veteres ambo similitates enumerabant adversus Campolampertis ex Stupro Ceciliæ Baone ditissimæ femine, quam Balbus iniquè preceptam Gerardo Campolampertio, Nepori ex Cunissa sorore, conjunxerat Ezzelino filio, & Gerardus idem injuriam ulterius visitaverat. Inde rixa, & occisiones multæ, donec publica auctoritate, & amicorum opera ab amicitia temperatum est; licet ex animo Ezzelinorum injuria non exciderit. Ideo Petrus Tolofanus Syntagm. Jur. Univ. lib. 36. cap. 8. cum egisset de hoc pessimo crimine Raptus numer. 14. concludit: Non est hic quod referam, quot clades antiquitus, & bella orta fuerint ob Raptus mulierum, de quibus Herodotus meminit lib. 1. in princ.

Concludenda est hæc Decifio verbis Basilii Ponticii lib. 7. de Matrim. cap. ult. numer. 6. dicentis, hoc Impedimentum Raptus dirimens attendi in illis solis locis, in quibus Concilium Tridentinum receptum est; in aliis verò id servari, quod à Jure Canonico erat statutum in cap. fin. de Raptor.

DECISIO XXXIV.

ARGUMENTUM.

Ad tollenda clandestina Matrimonia, duo adhibita sunt remedia à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de Matrim. Unum, quod præmittantur Denunciationes à Parocho: Alterum, quod ad ejus praesentiam, duorumque, aut trium testium, Matrimonium celebretur. De necessitate earumdem Denunciationum agitur in Decifione praesenti, & docetur, quo loco, & tempore sint faciendæ? ac quando obligent sub mortali scientes Impedimentum, ad illud revelandum? Ostenditur, à quibus Denunciationes possint remitti? Et quibus de causis? Tandem conditiones traduntur, sub quibus Papa dispensat super Impedimento, quando omiffa fuerint Denunciationes.